Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift



· 2 ·

petuitate eam s omnia presentia. Cum enim ds sit inmutabilis
ideirco sicut nunquam cepit gignere. sic et numquam desinit
gignere filium. Et enim quo hec generatio filii di semper fuerit testatur illud euangelicum. quod audit et audiunt. hoc testatur: Quia ut semper sit. hoc sit in testimonio. sicut audio sic
iudico. Ita cum psalmista ostendisset semper genitum fuisse.
dicens: eructauit filium di cor meum uerbum bonum. asserit
et dm patrem. suum filium in presenti semper gignere subdens.
dico ego opa mea regi. Huic sensui attestatur et illud. pater
diligit filium et omnia demonstrat ei. Denique quod filii natiuitas semper in futuro permaneat. ex hoc loco perspicere ualet. ubi scribitur. Non potest filius a se facere quicquam. nisi
uiderit patrem facientem. Sed hec omnia in sequentibus explanabuntur. ut sensus ille quem diximus. clare appareat.
Ita quia de spu sco scribitur: uerbum suum tempis. scilicet
quecumque audiet loquitur. spiritus enim ses et audiunt et
audiet. illa quippe audientia est sempiterna. nihilominus. idem uerbum audiet. dici potest. et de etno di uerbo.
Nam augustinus dicit. In eo quod sempiternum est. cum iubet
temporis uerbum ponatur. siue preteriti. siue presentis. siue
futuri. ni mendacium ponit. Quod est quod scribit sanctus gregorius. quia xpc nec cepit nasci. nec desinit. in eo quod uerbum est
et sapientia patris. dicamus semper natus est. quamuis et natus ad
perfectionem proficiat. et semper ad eternitatem. Non autem
possumus dicere semper nascitur. ne imperfectum esse uideatur.
Quare non potest dici semper nascitur. an quia non esset uerum hoc
dicere. Sed quomodo non esset uerum dicere semper nascitur. cum ipse
dicat de eo. non desinit nasci. An idcirco. quia quodammodo posset
uerecundum dici. propter hoc tamen uitatur. quia non posset utilium
dici. cum infirmi sensu. non possemus hoc intellectu assequi.
Vnde et ipse subdit. ne imperfectus esse uideatur: Nascitur
nempe secundum legem uerbi. presentis temporis. significat